

**989** [C.] Calpe[tano] | Rant[io] | Quirinal[i | Va]lerio P. f. Pomp. F[esto<sup>1</sup> | III]vir. viar. curand., t[r. mil. | le]g. VI Victr., quæstori, se[*viro* | equ]it. Romanor., tr. pleb., prae[*tori*, | soda]li August., leg. pro praet. ex[*ercit.* | *Afri*]cae<sup>2</sup>, cos.<sup>3</sup>, donato ab imper[*atore* | *hastis*] puris III vexillis III co[*ronis* | III v]allari murali classica a[*urea*, | *cura*]tori alvei Tiberis et ripa[*rum*<sup>4</sup>, | *pon*]tif., leg. Aug. pro pr. provinc[*iae* | *Pan*]noniae<sup>5</sup> et provinc[*iae*] | Hispaniae<sup>6</sup>, | patrono, | plebs urbana.

*Tergeste (V 551 vidit Mommsen).* — 1) *Homo notus etiam ex Tacito et Plinio, apud quos appellatur Valerius Festus, et compluribus aliis inscriptionibus (cf. infra).* — 2) *Legatus exercitus Africae fuit a. 69. 70 (Tac. hist. 2, 98. 4, 49. 50 cf. Plin. ep. 5, 7, 42).* — 3) *Consul suff. a. 71 (XIV 2242).* — 4) *A. 72/5 (VI 4258).* — 5) *A. 76 (titulus Carnuntinus arch. ep. Milth. 5 p. 216).* — 6) *A. 79/80 (supra N. 254. C. II 4799. 4802. 4805. 4838. 4847).*

**990** Cn. Domitio<sup>1</sup> Sex. f. Volt. | Afro Titio Marcello | Curvio<sup>2</sup> Lucano | cos., procos. provinciae Africae<sup>3</sup>, | legato eiusdem provinciae Tul[*li*] | fratris sui<sup>4</sup>, septemviro epulonum, i[*tem*?]<sup>5</sup> praetorio legato provinciae Afr[*i*]c[*ae*] | imp. Caesar. Aug.<sup>6</sup>, praef. auxiliorum omnium | adversus Germanos<sup>7</sup>, donato ab imp. Vespasiano Aug. et T. Caesar Aug. f.<sup>8</sup> coronis | murali vallari aureis<sup>9</sup> hastis puris III | vexillis III, adlecto inter patricios<sup>10</sup>, praetori, | tr. pl., | quaest. propraetore provinciae Afric[*ae*, | *tr.*] mil. leg. V Alaud., IIIvir. viarum curandar., patrono | optimo | d. d.

**991** [Cn. Domitio<sup>1</sup> Sex. f. . . . . Curvio<sup>2</sup> Tullo cos., procos. provinciae Africae<sup>3</sup>], fetiali, praef. au[*xilior. omnium*] adversus Germanos<sup>7</sup>, — qui cum esset | candidatus Caesar. pr. desig., missus est ab | imp. Vespasiano Aug. legatus pro praetore ad | exercitum qui est in Africa<sup>6</sup> et apsens inter | praetorios relatus —, donato ab | [im]p. Vespasiano Aug. et Tito Caesare Aug. f.<sup>8</sup> coronis | murali vallari aureis<sup>9</sup> hastis puris III vexillis III, | adlecto inter patricios<sup>10</sup>, tr. pl., quaest. Caesar. Aug., | [t]r. mil. leg. V Alaud., Xvir. stlitib. iudicandis, patrono optimo | d. d.

*Fulginiis in Umbria (XI 5210. 5211, vidit Bormann).* — 1) *Domitii Lucanus et Tullus fratres, noti ex Plinii epistulis (cf. Mo. ind. Plin. p. 409), Martialis, inscriptionibus operis fictilis (cf. Dressel C. XV p. 266 seq.).* — 2) *Curvii fratres dicuntur etiam a Martiali 5, 28, 5 (cum emendatione Friedlaenderi); id nomen iis videtur fuisse primum; Domitii dici coepti sunt cum hereditatem adissent Domitii Afri (Plin. ep. 8, 18, 5).* — 3) *Consules suspecti fuerunt aut Vespasiani extremis aut Titi aut primis Domitiani temporibus, proconsules Africae (nam Tullum quoque proconsulem Africae fuisse constat ex N. 990 cf. not. 4) sub Domitiano (ante a. 94, quo Lucani mortem recentem memorat Martialis 9, 51).* — 4) *Legatus provinciae Africae proconsulatu Tulli fratris Lucanus fortasse fuit eo anno qui insecutus est ipsius proconsulatum; similiter A. Vitellius fratri minori succedenti sibi in proconsulatu Africae factus est legatus (Suet. Vit. 5).* — 5) *Supplevit Bormann.* — 6) *Significatur legatio exercitus Africani a praetoris administrari solita; Tullus tamen ad eam promotus est praetor designatus.* — 7) *Auxiliis exercitus Germanici fratres praefuerunt, postquam inter patricios adlecti sunt, id est non ante annum 75 (cf. not. 10); non recte igitur cogitavit Wilmanus de bello Civilis, recte*